SYLLABUS

Documentorum, quæ ab Eccleſiis & Magiſtratibus per Helvetiam & Germaniam Euangelicis, ad concordiæ Eccleſiaſticæ Studium inter ſeſe & apud exteros ſuis ſuffragiis excitandum & promovendum tradita ſunt in Authographis IOHANNI DURÆO, qui hactenus hanc cauſam apud Eccleſias ſolicitavit.

Documenta à Miniſtris & Theologis tradita, hæc ſunt.

1. Ab Academiis Anglicanis & Miniſtris Londinenſibus, qui declarant ſe cum Duræo in hac cauſa ſuam operam conjungere; ac proinde rogant omnes, quos aditurus eſt, ut illi fidem adhibeant in iis, quæ ipſorum nomine dicturus eſt, & petunt, ut conſilia ſuper hac re, quæ volent ſibi cognita, Ipſi communicent. *A.* 1654

2. Ab Eccleſiis & Academiis Helveticis; earumq; confœderatis, quarum Declarationes ſunt

1. Particulares:

1. *Tigurinorum* de Scopo, quem pleno ore approbant; — 5 *Iunii.*
. . . . . uberius explicant. — — — 9 *Iunii.*
. . . . . Mediis, quæ ſummatim recenſent, & approbant & adhiberi poſſe judicant & pro illorum communicatione gratias agunt — 13 *Iulii.*
. . . . . Modo procedendi, quem dilaudant, poſtquam variis adductis argumentis probarunt, ſucceſſu non cariturum — — — 26 *Iulii.*

2. *Bernenſium*; ubi de Duræi ad ſe adventu ſibi gratulantur; Scopum & Media dilaudant, ſuam omnem operam offerunt impoſterum, & de ſucceſſu ſpem ſuam proferunt — — — — 27 *Aug.*

3. *Baſileenſium*; in qua gratias Deo agunt de renovato Concordiæ ſtudio; gratulantur ſibi de Duræi ad ſe adventu; deq; commendatitiis, quas attulit ad Magiſtratum ſuum literis à D. Protectore. Scopum collaudant & explicant, Mediaq; & Modum procedendi collaudant, ſed tamen judicant juſto eſſe prolixiora; atq; ideo ſua-

dent

. . dent, ut ab induciis fiat initium, in quibus, convitiis A°.1654.
. . & calumniis finis imponatur, quousq; induciæ illæ sint
. . extendendæ; quid sit in hoc negotio Magistratus offi-
. . cium & quomodo induciæ procurari queant; ubi ex-
. . plicant, quid à Serenissº. Dnº. Protectore fieri velint
. . cum consensu reliquorum in hoc studio Reformato-
. . rum; de pensis elaborandis judicant, ea non esse adhuc
. . efferrenda, nec ab Helveticis solis suscipienda, tan-
. . dem concludunt excusando libertatem suam cum vo-
. . to pro Duræi successu — — — — 16 Octob.
. . 4. *Schaphusiensium*; ubi postquam demonstrarunt necessi-
. . tatem excolendæ inter Christianos charitatis, Deo gra-
. . tias agunt pro excitatis concordiæ Religiosæ procu-
. . randæ organis, sibiq; gratulantur de Duræi ad se adven-
. . tu & enarratis propositionis ab ipso factæ præcipuis cir-
. . cumstantiis, Scopum, Media & Modum procedendi
. . plenè approbant; in pensis elaborandis circumspectio-
. . nem monent esse adhibendam, & actis Duræo pro
. . communicatione gratiis, suam operam in negotio
. . spondent. — — — — — 12 Nov.
. . 5. *Sangallensium*; ubi de Duræi ad se adventu cum gratu-
. . latione prolixa differunt: Deo gratias agunt pro studio
. . concordiæ suscepto; necessitatē illius studii etiam Gal-
. . licis Ecclesiis aptant. Initium faciendum ab Induciis.
. . Doctrinam de Eucharistia clarius à parte Reformata
. . esse explicandam; eamq; paucis explicant, ut Lutherana-
. . næ parti melius satisfiat, tandem Duræo in studio hoc
. . bene precantur — — — — — 6 Decem.
. . 6. *Lausannensium*; ubi de pacis colendæ inter Christianos A°.1655
. . officio, mutuaq; tolerantia differunt; sibi gratulantur
. . de Duræi ad se adventu; & de scopo suscepto, Deo gra-
. . tias agunt, seq; illum exosculari declarant; Media etiam
. . approbant; & præcipuè, ut ex confessionibus publicis
. . fundamentalis veritatis fiat Demonstratio, & ut ad
. . congressum sub Authoritatis supremæ auspiciis res de-
. . ducatur, suadent, ac Duræo omnem optant successum
. . in re procuranda — — — 18 Ianu.

7. Gene-

7. *Genevensium Declaratio* typis exstat: In ea est gratulatio *A°.1655.*
. de spe concordiæ ; approbatio studii suscepti ad eam
. quærendam, Consilium de remedio discordiæ in con-
. jugio veritatis & pacis; in præjudiciis tollendis; in le-
. vioribus rebus tolerandis; in convitiis reprimendis, in
. tractatibus inchoandis, ad quos Reformatos propen-
. sos esse declarant & ad eosdem hortantur Lutheranos,
. Magistratusq; omnes, omnesq; Ecclesiasticos, ut huic
. studio incumbant, animant, tandemq; Duræo bene-
. dictionem apprecantur —— —— —— 9 *Febr.*
8. *Bielensium & Neostadiensium;* ubi laudant concordiæ in
. Duræo Studium, gratiasq; agunt pro omnibus iis, quæ
. sibi communicata fuerunt de Scopo & Mediis, quæ se
. approbare profitentur & Deum pro felici progressu
. negotii implorant & Duræo bene precantur. — — 16 *Febr.*
9. *Abbatiscellanorum;* Laudant & pacem & Duræum pacifi-
. cum; probant scopum; de eventu sperant; pacem descri-
. bunt quam quærunt, & Consilium suggerunt in ea ob-
. tinenda & Duræo bene precantur — — — — 20 *Mart.*
10. *Neocomensium;* ubi gratulantur sibi de studio concor-
. diæ suscepto, commendant illud officium multis ar-
. gumentis; Media suggesta opprobant; promittunt
. suam operā conjunctam in Meditatione & precibus; de
. scopo judicant fore, ut ad Dei gloriam vergat, deq; suc-
. cessu bene sperant & Duræo felicitatem apprecantur -- 3 *Maii.*
11. *Mulhusinorum;* ubi laudant concordiæ studium, suaq;
. studia se pacificis conjungere velle testantur; Duræo
. bene precantur & ei gratias pro Consiliorum commu-
. nicatione agunt, seq; consensum suum aliorum desi-
. deriis addere profitentur —— —— — —— 6 *Iunii.*
2. Est communis omnium Cantonum & confœderatarum
. Ecclesiarum, in qua res sibi à Duræo propositas enarrant;
. Scopum & Media studii Irenici approbant; de Modo pro-
. cedendi Consilium suggerunt: aliis negotium serio com-
. mendant, suamq; in eo operam porrò offerunt — — 15 *April*
3. *A Ministris Wetteravicis:*
1. *Hanovicorum;* ubi de fide & charitate differunt; de Duræi

studio narrationem instituunt. Illud collaudantes; spem suam de Anº.1655.
successu declarant; Consilia suggerunt; veritatem fundamentalem
strictè retinendam; in extrafundamentalibus Tolerantiam esse ad-
mittendam. Tractatus Davenantii & Forbesii & aliorum esse recu-
dendos, in quibus demonstratur dissensum nonesse Fundamentalē:
Allaborandum à parte Lutherana, an velint de schismate abolendo
cogitare, Initium in hoc labore à summis Magistratibus faciendū,
ut suos Theologos eò adducant. Deniq; se studia sua hûc colla-
turos spondent & Duræo bene vovent in successu conatuum —— 11 *Iulii.*

2. *Birsteinensis Inspectoris;* ubi Scopum laudat; Consilia approbat
& nomine sui Comitis Isenburgici Birsteinensis omnem operam
spondet —— —— —— —— —— 26 *Iulii.*

3. *Braunfelsensium;* ubi Duræo gratulantur de continuato pacis
studio & sibi etiam; communicata omnia de Scopo, Mediis & Mo-
do procedendi approbant & de pleniore omnium Solmensium Mi-
nistrorum conventu vocando, propositum aliquid esse innuunt: atq;
ita bene Duræo precati, ei valedicunt —— —— —— 10 *Aug.*

4. *Griffensteinensium;* ubi concordiæ studium commendant & Sco-
pum, Media & Modum procedendi approbant, operam conjun-
ctam offerunt & Duræo in opere bene precantur —— —— 11 *Aug.*

5. *Budingensium;* ubi Helvetiorum & Genevensium Iudicio se sub-
scribere ajunt & operi successum & Duræo bene vovent —— 24 *Aug.*

6. *Witgensteinensium;* ubi studia piorum in Ecclesiæ commodis pro-
movendis dilaudant; Duræo gratulantur adventum; studium lau-
dant. Suo calculo Helvetiorum & Genevensium Iudiciis sub-
scribunt: Concursum suum in Mediis promovendis offerunt & non
obstantibus quibusdam difficultatibus bene sperant & Duræo bene
cupiunt —— —— —— —— 1 *Sept.*

7. *Francofurtensium;* ubi enarrant ab alto originem ortarum con-
tentionum inter Ecclesias Christianas & damna Euangelicis data à
dissidiis. Laudant Duræum à pacis studio. Consilia approbant;
animum addunt & ei bene precantur —— —— —— 1 *Sept.*

8. *Berleburgensium;* ubi de Satanæ astu in dissidiis fovendis disse-
runt & Dei providentiam in iis, qui ei resistant, excitandis obser-
vant; inter hos Duræum collocant; cujus Scopum & Consilia col-
laudant, & eum, ut in opere pergat, hortantur —— —— 5 *Sept.*

4. *A Ministris & Theolog. Nassovicis.*

1. *Dietzensium;* ubi suæ cum Lutheranis jam initæ concordiæ rati-
ones explicant & ulteriorem suum coucursum ad Principis sui nu-
tum referunt —— —— —— —— —— 20 *Aug.*

2. *Herbornensium;* ubi de Instaurato à Duræo concordiæ studio si-
bi gratulantur; querelam de Lutheranis quibusdam instituunt; atta-

men ideo de pace non esse desperandum censent. Concursum spon- A°. 1655.
dent in opere. Consilia suggerunt de veritate ex Confessionibus
manifestanda. De Armistitio à rixis. De Magistratus Autho-
ritate accedente, & Duræo animum addunt, ut in opere per-
gat —— —— —— —— —— —— 7 Sept.

3. *Tillenbergensium*; ubi de viis Concordiæ antehac quæsitæ disse-
runt, & viam, quam Duræus sectatur, comparatam cum prioribus
laudant præ illis; se Herbornensium Iudicio subscribere signifi-
cant —— —— —— —— —— —— 17 Sept.

5. *A Ministris & Theolog. Hassiacis.*

1. *Cassellanorum*; ubi de Veritate & Pace & de Concordiæ utilitate
differunt; Duræum in studio suscepto confirmant. Suecica postu-
lata probant. Consilium suggerunt, quomodo Duræo sit proce-
dendum, ut possit tandem Lutheranorum quoque consensum im-
petrare, & rem ad tractatum perducere, & in toto negotio suam
offerunt operam ei & Ecclesiis. —— —— —— 7 Decem.

2. *Marpurgensium*; ubi desiderium pacis variis argumentis lau-
dant. Eos, qui consilia pacis in Anglia & Scotia agitârunt antehac
& etiamnum cum Duræo agitant, honorificè nominant. Scopum
Duræo propositum recensent, comprobant, & in eo promovendo
suam spondent operam suo tempore; Interea de Mediis, Modoq;
procedendi & aliis communicatis scriptis dicunt se suo tempore,
si ad speciales tractatus devenietur, sententiam suam patefacturos,
vovent operi & Duræo successum. —— —— —— 31 Dec.

6. *A Palatinis Ministris & Theologis.*

2. *Bipontinorum*; ubi repetitis quibusdam, A°. 1633. in hoc studio
actis excusant tarditatem in respondendo. Narrant mandatum
Principis & ad singula Duræanæ Epistolæ capita respondent di-
stinctè, eiq; valedicunt —— —— —— 9 Nov.

2. *Heidelbergensium.*

D. D^ni. Spanhemii per Epistolam, in qua laudat studium, & ope-
ram suam in eo promovendo spondet, & de Genevensibus
urgendis ad editionem Harmoniæ Confessionum seriò se
cogitaturum dicit & Duræo bene precatus, ei valedicit -- 24 Dec.

D. D^ni. Hottingeri per Epistolas; ubi Consilia specialiora quæ-
a. dam, quæ à Duræo explicari petierat, se approbare declarat 25 Dec.
b. Item; fatetur sibi satisfactum à Duræo ad objectiones quas-
dam, quas antea proposuerat, suadetq; continuationem in
opere & ait, Heidelbergæ Irenica Consilia ita fervere, ut
forte cum Duræo pro palma certare possint; cùm Serenissº.
Electori animus non desit, negotium diu deliberatum in ef-
fectum ipsum producendi —— —— —— 14 Febr.

c. Denuò asseverat, Serenissᵒ. Electori conatus Irenicos valde probari — — —

& ab aliis sc. Helvetiis, Hassiacis, & Anhaltinis prolata, suo calculo approbant & optatum eventum apprecantur. Spondent pro sese in omnibus suis officiis moderationem: & causas, quare illam omnes observare debeant, allegant, & operi ac Duræo bene vovent —— 2 *Iunii.* *A°.1656.*

13. *A Bentheimensib. & Steinfurtensibus*, ubi deplorant dissidii Ecclesiastici incommoda & frustraneos in eo componendo conatus priores; attamen de eventu necdum desperandum censent, propter oblata & ab aliis & à Duræo remedia, quæ approbant & de iis sibi gratulati, consultationem inter moderatos utriusq; partis instituendam suadent, & progressibus Duræi bene precantur —— —— —— 28 *Iunii.*

14. *A Synodo Generali Iuliacensium, Clivensium, Marchicarum & Montensium Ecclesiarum* in artic. 30. ubi enarrata informatione à Duræo oblata, de progressu consiliorum pacis declarant, se concursum suum testari velle publica Declaratione, quæ omnium nomine concipienda est à quatuor viris ad id officii Deputatis —— —— 14 *Iulii.*

15. *A Synodo Provinciali Gelriæ* art. 2 & 7; ubi enarratur, quod post Informationem de progressu studii concordiæ oretenus à Duræo acceptam & per Deputatos ex originalibus scriptis agnitam, esse veram. Synodus non solum studium Duræi aprobavit, sed recipit se velle de eo agere cum correspondentibus secum Synodis; se velle Classium suarum Iudicia super negotio audire, & si opus fuerit, cum summo suo Magistratu de eo conferre —— —— —— 4 *Augusti st. nov.*

Documenta à Magistratibus Euangelicis. *A°.1634*

1. *A Statibus Euangelicis* Decretum in Conventu Francofurtensi factũ de negotio Concordiæ Ecclesiasticæ, in quo declarant, qua ratione Duræum per Deputatos suos audiverint & quid occasione rerum ab ipso exhibitarum deliberatum fuerit apud Status: nempe, negotium publica Authoritate esse promovendum & ad colloquium perducendum, in quo de fundamentali confessione condenda sit agendum, atq; interea ab Invectivis & Eristicis scriptis utrinq; esse abstinendum; Moderationem ubiq; promovendam & in precibus publicis consilia hæc Deo commendanda —— —— —— 14 *Sept.*
Hoc decretum fundamentum est, cui innititur hoc tempore tota rei tractandæ renovata consideratio apud Euangelicos Principes & Magistratus.

2. *A Proceribus Helveticis* Declaratio, in qua explicant circumstantias suorum cum Duræo tractatuum & argumenta, quibus inducuntur ad operam suam concordiæ promovendæ instituto offerendam —— 21 *April*
Hæc Declaratio Typis impressa est

3. *A Comite Wilhelmo Ottone* in *Ysenburg, & Budingen* per Epistolam; iu qua gratias Duræo agit pro communicatis sibi ab illo scriptis in-

formatoriis de negotio Irenico; exoptat tractatuum Irenicorum reassumptionem inter omnes Status Euangelicos; suadetq; Duræo, ut ad Directorem Correspondentiæ Wetteravicæ rem deferat; suamq; operam in ea promovenda spondet —— —— —— —— 23 *Iulii.* *A°.1655*

4. *A Comite Wilhelmo à Solms* per Epistolam, in qua agnoscit, se à Duræo per Literas accepisse informationem de suo Studio, gratiisq; ei actis pro communicatione de felici successu negotii spem suam explicat & concursum in opere promovendo promittit —— —— 11 *Aug.*

5. *A Principe Bipontino* per Epistolam Declaratio, in qua studio Euangelicæ Moderationis collaudato, spem suam de successu conatuum Duræanorum exponit, & suam operam per se suosq; Ministros in iis promovendis spondet —— —— —— —— 10 *Octob.*

6. *Ab Electore Brandenburgico* Instructio ad suum in Anglia Residentem super hoc negotio, ut cum D^no^. Protectore illud agitet. —— —— *A°.1656*

7. *Ab Hassiæ Landtgravio* per Declarationem, in qua concordiæ quærendæ inter Euangelicos necessitatem agnoscit, & Duræi studium & vocationem legitimam ad rem tractandam approbat, suumq; concursum in negotio promovendo spondet —— —— —— 5 *Ianua.*

8. *Ab Anhaltinis Principibus*, videl: *Ioanne Casimiro, Christiano, & Lebrechto* per Declarationem, in qua Duræum sibi exposuisse suum in concordia quærenda studium testantur, de quo sibi gratulantur; pristinum suum in hoc conatu cum aliis statibus exponentes concursum, spondent se imposterum non defuturos huic operi apud suos Theologos promovendo —— —— —— —— 18 *Febr.*

9. *A Bremensi Senatu* per Epistolam, in qua summopere sibi probari conatum Duræi, suoq; Ministerio missas ab ipso Literas se exhibuisse testatur, & remittens sui Ministerii responsum, omnem suam in re promovenda concurrentem operam spondet —— —— 4 *April.*

10. *Ab Embdano Magistratu* per Epistolam, in qua laudant Duræi Conatum, quem ut se promovere velle spondent, ita ajunt, se suis Theologis illum commendâsse perpendendum, à quibus Duræo remittunt responsum, eiq; fausta omnia in suo conamine apprecantur —— 1 *Maj.*

11. *A Comite Mauritio in Benthem & Teclæburg* per Declarationem, in qua incommodis dissidiorum & remediis in statu Imperii (sed frustra adhibitis) explicatis, Duræi Studium in concordia sollicitanda approbat, suamq; operam in re posthac promovenda pollicetur — 4 *Iunii.*

12. *A Comitibus Ernesto Wilhelmo & Philip. Conrado* Fratribus in Benthem & Steinfurf per Declarationem, in qua post dilaudatum pacis studium, Duræi ad se adventum & res sibi propositas enarrant, Sconum & Media ad Instituti promotionem tendentia comprobant & operam suam deinceps in negotio procurando spondent, ac Duræo omnia fausta precantur —— —— —— —— 27 *Iunii.*

Supplementum SYLLABI: DOCUMENTA à Miniſtris & Theologis tradita hæc ſunt.

1. *A Synodo Ultrajectina* extractum ex actis refert —— —— Septemb. 2 & 3.
Art. 1. Seſſ. 2. quid Duræus ad cætum admiſſus propoſuerit oretenus & in Scriptis Authographis & quos Synodus deputaverit ad Authographorum inſpectionem.
Art. 6. Seſſ. 3. refert, Deputatos ad Examen Authographorum retuliſſe Synodo, ſe Collatione Inſtituta inter Syllabum & Authographa inveniſſe plenum & verum conſenſum: præterea ſe vidiſſe etiam ultra Documenta in Syllabo recenſita Lutheranorum quaſdam Declarationes; ac notabilem quandam Illius partis Epiſtolam ex Ipſo Authographo fuiſſe Synodo prælectam; Itaq; Deliberatione habita, unanimiter Decretum, Se inhærere ſuæ A°. 1635. ſuper hac re ſumptæ reſolutioni; D^i. Duræi Inſtitutum præcellentiſſimum collaudare, Eiq; gratias agere pro labore in probo magnoq; hoc opere impenſo, ſeq; velle ſua in futurum Conſilia cum Gelrica Synodo Harderwici ultimo habita conformare.

2. *A Synodo Gallo-Belgica* judicium, quod impreſſum eſt, ubi collaudato pacis Euangelicæ ſtudio & Duræi in ea procuranda conatu; teſtantur ſe vidiſſe Documenta à Duræo ſibi exhibita, ex quibus non exiguam Scopi obtinendi ſpem concipiant; ſuamq; omnem operam in re promovenda offerentes, cùm videant ab aliis appoſitè de Mediis jam diſſertatum, aſſenſum iis ſuum præbent & præcipua enarrant Conſiliorum momenta, quæ ad octo Capita referunt; tum animo ad Deum converſo ſuas ſpondent preces pro felici operis ſucceſſu & Duræi incolumitate & proſperitate —— —— —— —— 13 Sept.

3. *A Claſſe Walachriana.*
1. Extractum ex actis, ubi enarratur, Deputatos Conſtitutos ad Autographorum inſpectionem, Claſſi retuliſſe, ſe omnia examinâſſe; & vidiſſe in iis approbationem omnium Eccleſiarum Germanicarum & Helveticarum operis á Duræo ſuſcepti; cumq; in Mediis enarratis

quædam habeant Duræo proponenda, judicabant ſpecialiorē quandam Declarationem ſibi à Duræo ſuper iis eſſe faciendam; quæ poſtquam in pleno cætu ab eo facta eſt, viſum fuit Claſſi conſultum adhærere Decreto quondam à Claſſibus quatuor Zelandiæ ſuper hac re facto A°. 1635. Art. 15. in quo operis Scopus & Duræi in Eo conatus ſcripto laudandus ſtatuitur, neque ulterius ſibi eſſe progrediendum, donec Illuſtr. Ordinum Zelandiæ conſenſum obtinuerint ad tractandum: Interea tamen Deputatos Duos ex ſuo numero conſtituunt, qui Correſpondentiam cum Duræo fovere debent in hoc negotio —— —— —— —— 21 Sept. Ao. 1656.

2. *Iudicium;* ubi demonſtrata quærendæ inter Euangelicos Concordiæ neceſſitate, enarrant Duræi & antehac & nuperrime inſtitutos ſecum tractatus; Scopum dilaudant, ſibiq; de Duræi ad ſe adventu gratulantur; ſuam in re promovenda operam liberaliter, ubi locus & tempus & alia requiſita ad rei tractationem ipſis innotuerint, ſpondent, Eoq, fine Correſpondentes conſtituunt, qui ſuo nomiue cum Duræo commercium Literarum foveant; denique Deum precantur pro operis progreſſu & Duræi in eo promovendo ſucceſſu —— —— 11 Cal. Octob.

4. *A Facultate Theologica* in Acad: Vltrajectina Iudicium, in quo de pacis Euangelicæ optabili ſtudio renovato ſibi gratulati, enarrant, quid Duræus ſecum egerit & quid à ſe petierit; quouſq; accepta omnia ſibi fuerint & quæ oretenus expoſuit & quæ in ſcriptis communicavit, Itaq; omnem ſuam in re promovenda operam offerunt, Declarantq; ſe putare, Euangelicos omnes in eodem fidei Salutaris fundamento conſentire, & debere Illos fraternam inter ſeſe charitatem exercere & Concordiam ſancire, Eoq; fine de Conventu inſtituendo Conſilium ſuggerunt Exemplo Colloquii Marpurgenſis & Lipſienſis & Synodi Sendomirienſis, Deniq; concludunt precibus ad Deum conceptis pro operis ſucceſſu & Duræi incolumitate & proſperitate —— —— 7 Cal. Octobris.

5. *A Facultate Theologica* Duiſburgenſi Iudicium, quod miſſum fuit á Principe Mauritio Nomine ſuo & reliquorum Regentum Ducatus Cliviæ ſub Seren: Electore Brandenburgico; in quo ſenſum ſuum declarant 1. de Scopo Irenico, quem deſcribunt, approbant & poſſibilem judicant & operam ſuam in eo proſequendo, additis quibuſdam cautelis & limitationibus prudenter offerunt. 2. de Mediis Modoq; procedendi, quæ approbant & in quibuſdam magis diſtinctè explicant, ubi de ambiguis Concordiæ formulis vitandis, de Scripturæ interpretandæ Methodo & Iuventute in Scholis ad utilem Eruditionem acquirendam exercenda quædam bene monent —— —— —— Prid. Cal. Octob.

6. *A Facultate Theol: in Acad: Leydenſi Iudicium*, in quo deplorant diſſidii inter Euangelicos Incommoda; ſolantur ſeſe in eo, quod Reformatis, qui ſemper Concordiam quæſiverunt, non ſint imputanda, & quam-

vis irrito conatu hactenus agere visi sint, tamen desperandum non sit de Ao. 1656.
Eventu, dummodo studium instauretur eo, quo decet modo; In quo
conatu Ecclesiarum Anglicanarum & Duræi laudant constantiam, nec
propter lentos in eo progressus esse de fructu malé ominandum cen-
sent; Media proposita, Modumq; procedendi servatum approbant,
quamvis subesse justam metûs causam putent, sementem hanc ad mes-
sem plenam nondum esse maturam; nihilominus quoniam aut cum Lu-
theranis aut cum nullis pacem ambiendam esse judicant propter Con-
sensum inter nos & Illos fundamentalem, ideo ad Scopum obtinendum
duo requirunt præliminaria 1. ut explorentur Lutheranorum æquè
ac Reformatorum animi, an Scopum intendere velint. 2. ut implore-
tur Magistratuum utriusq; partis Consilium & authoritas ad præparato-
rios conventus indicendos & alia quæ ad concordiæ viam sternendam
requiruntur efficienda; hisce positis spondent omnem suam in opere
Industriam, prolixé & alacriter affuturam, ac tandem precibus ad Deum
& hortamentis piis finem suo discursui imponunt —— —— *Post. Cal. Novemb.*

7. *A Facultate Theol: in Acad: Groningana Iudicium*, in quo de pacis
studio quædam præfati, laudant conatus publicos & privatos ad con-
cordiam inter Euangelicos sanciendam institutos, inter quos Duræi
molimina recensent, cui etiam eo nomine bene precantur, Scopum, Me-
dia, Modumq; procedendi ab eo sibi propositum approbant; Tolerantiam
suadent, conventum à Magistratu instituendum proponunt, votum
deniq; ad Deum pro successu concipiunt, contentiosos culpant & aliis
meliora suadentibus se auscultaturos promittunt —— —— 13 *Novem.*

DOCUMENTA

à Magistratibus hæc sunt.

1. *Ab Ordinibus Generalibus*

a. Rescriptum datum —— —— —— —— 23 *August. St. N.*
in quo declarant, Duræi postulatum Scripto sibi oblatum fuisse, quo
petebat, ut negotium suum vellent Ecclesiis & Academiis Unita-
rum Provinciarum commendare & super eo suam quoque Decla-
rationem sibi concedere; Super hoc postulato habita deliberatione
visum fuisse consultum Deputatis Provinciarum, Illud postulatum
unà cum addito impresso libro recipere & suis principalibus com-
municare.

b. Rescriptum datum. —— —— —— —— 7 *Novemb. St. N.*
in quo declarant postulatum aliquod ulterius à Duræo sibi oblatum
unà cum additis scriptis de concordia inter Lutheranos & Refor-
matos procuranda, de qua re post habitam deliberationem, consul-

tum visum, rem apud particulares Provincias esse promovendam & rogandos esse Deputatos provinciarum in collegio Generali Ordinum velint suis Literis favorabilibus negotium apud suos principales promovere. *Ao.* 1656.

2. *A Deputatis Ordinum* in particularibus Provinciis, nempe

1. *A Deputatis Ultrajectinis* rescriptum datum —— —— 14 *Octob. St. V.* in quo declarant, se Informatione scripta quam Duræus de suo studio exhibuit & relatione Deputatorum ex suo cœtu, qui cum Ipso conferre missi fuerant, audita, laudare summopere Duræi zelum atq; laborem, Eiq; eo nomine gratias agere, optantes & Deum orantes, ut opus in effectum deducatur ad Nominis sui gloriam & commodum Ecclesiarum Euangelicarum, qua fini etiam omnem suam Ordines Deputati promittunt omni tempore opportuno operam.

3. *A Deputatis Frisicis* Rescriptum Datum —— —— *6 Novem. St. V.* 3. in quo declarant, se audita Informatione, quam oretenus sibi Duræus in cœtu suo exhibuit de Negotio suo Irenico, non solum judicásse Illud Institutum summopere ad Dei gloriam promovendam pertinere, sed etiam magnopere laudasse zelum & laborem approbásse, quem Duræus operi impendit, Eiq; gratias eo nomine egisse, successum optatum á Deo apprecatos fuisse & omnem suam operam in re promovenda promisisse.

3. *A Deputatis Groninganis* Rescriptum datum —— —— 14 *Novem. St. V.* in quo declarant, se audita Dnræi de suo negotio in cœtu Informatione oretenus facta & acceptis ab Ipso scriptis, quæ per Deputatos ex ordine suo habita cum Ipso Collatione prolixa cum autographis contulissent, non solum laudásse ejus zelum & laborem constantem approbásse, sed rogásse Ipsum ut in eo perseverare vellet, optantes á Deo & eum orantes, ut propediem fructus desideratus ex hoc labore emergat, qui Ejus nomini sit gloriosus & Ecclesiis salutaris, ad quam rem promovendam suam omnem spondent operam.

5. *A Curia Gelrica* Rescriptum datum —— —— —— 24 *Novem. St. V.* in quo declarant, in suo Senatu comparuisse Duræum & exposuisse sibi negotii sui Irenici statum, se non solum laudásse Christianum Ipsius zelum, sed negotium suscepisse recommendandum Ordinibus Provinciæ in proximo suo Conventu, non dubitantes, quin tum talis futura sit Ordinum Resolutio, quæ ad Concordiæ scopum promovendum spectabit; Interea Duræo pro laudabili labore huic causæ impenso gratias agunt.

FINIS.